




# GREGORIUS PAPA XIII.

*Vniversis Christi fidelibus præsentes literas inspectu-  
ris salutem, & Apostolicam benedi-  
ctionem.*

**E**MENDATIONEM Decretorum, locorumque à Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis & testimoniorum depravationibus plenissimus,) à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris optimo consilio suscepitam, selectisque ad id negotium sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & aliis eruditissimis viris exhibitis commissam, multis autem, variisque impedimentis hæc tenus retardatam: nunc tandem vetustissimis Codicibus undique conquisitis, auctoribusque ipsis (quorum testimoniis usus erat Gratianus) perlectis, quæque perperam posita erant, suis locis restitutis, magna cum diligentia absolutam, atque perfectam, edicmandavimus. In quo magna ratio habita est Operis ipsius dignitatis, & publicæ, eorum præsertim, qui in hoc studio versantur, utilitatis. Iubemus igitur, ut quæ emendata & reposita sunt, omnia quam diligenter retineantur, ita ut nihil addatur, mutetur, aut imminuatur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die secunda Junii. M. D. LXXXII. Pontificatus nostri Anno undecimo.

ANT. BVCCAPADVLIVS.



18888888888888888888

88888888888888888888

88888888888888888888

88888888888888888888